

in X<sup>to</sup> Patris & D. D. Johannis Dei & Ap. Se-  
dis gratia Episcopi Castellani Vicario Generali: Ven-  
ner:<sup>tes</sup> Viri D. D. Johannes Lauredano Primicerius :  
pr. Franciscus de Recovratis : pr. Angelus Longo :  
pr. Laurentius Venerio : pr. Joseph Rizzo, pr. Pe-  
trus Sagredo : Leonardus de Leonardo : Petrus Spi-  
rito : Petrus de Bonfantinis, & pr. Thomas Geo-  
rgio Capellani perpetui Eccl.<sup>e</sup> paroc. S. Marci de Ve-  
netiis Castellanae Dioc. inlyto D. Duci Venetiar.  
immediate subiecta constituti dixerunt ; Quod mi-  
rabantur, quod ex parte ipsius D. Vicarii moniti  
fuerunt & citati sub certa pœna, quod hodie post  
Nonam & ante Vesperas deberent Castellani una  
cum plebanis, clerici & beneficiatis Eccl.<sup>m</sup> Paro-  
chialium civitatis Venetiar. in Castellanam Eccl.<sup>m</sup>  
convenire ad constituendum & creandum nomine  
ipsorum D. D. Primicerii & Capellanor. & suorum  
in posterum successorum ipsius parochialis Ecclesie  
S. Marci, & fabricæ, & pauperum Eccl.<sup>e</sup> supra-  
dictæ una cum aliis plebanis clericis & beneficiatis  
aliarum Excl.<sup>m</sup> parochialium Civitatis Venet. præ-  
dictæ Diœcesis Castellanae Syndicum & Procurato-  
rem, seu Syndicos & Procuratores ad componendum  
& conveniendum, & amicabiliter concordandum su-  
per Decimis factis, seu super facto ipsarum Deci-  
narum cum Procuratore & Syndico, seu Procura-  
toribus Syndicis inlytæ nostræ Ducalis Dominationis,  
& Communis Venetiar. & ad supplicandum D. nostro  
Papæ, quod ipsam compositionem et concordium di-  
gnetur confirmare et notificare cum clausulis et so-  
lemnitatibus oportunitis; protestantes, quod solum ad  
prædicta, videlicet ad faciendum procuratorem pro  
facto decimarum tantum una cum prædictis pleba-  
nis,